



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum charitas sit amicitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tum. Non autem prohibetur quod parentes deho-
norentur, nisi per hoc, quod de non honorantibus pe-
na adhibetur in lege. Et quia debitum est ad huma-
nam salutem, ut speret homo de Deo, fuit ad hoc
homo inducendus aliquo praedictorum modorum quasi af-
firmative, in quo intelligeret prohibitio oppositi.

Super quæst. uigesi-
mā secundā articu-
lum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum de timore fuerit dandum ali-
quod præceptum.

AD SECUNDVM sic procedi-
tur. Videtur, quod de timore
non fuerit dandum aliquod præ-
ceptum in lege. Timor enim Dei est
de his, quæ sunt præambula ad legem,
cum sit initium sapientie: sed ea quæ
sunt præambula ad legem, non cadunt sub
præceptis legis. ergo de timore non est
dandum aliquod præceptum legis.

Ad hoc dicitur, quod
timor filialis non di-
citur quasi genus res-
pectu dilectionis
Dei absolute, sed res-
pectu dilectionis
Dei, & principii eo-
rum, quæ in Dei re-
uerentia obseruatur.

Dicitur autem quasi
genus, in quantum est
uel commune quod-
dam ad utrumque, &
collectio utriusque.

Genus enim est collectio
specierum: collectio
specierum in quantum timor filialis & amo-
rem, iuste reuerentur
patrem: & subiectio
nam ad Deum, unde
inchoat obseruatio
omnium, quæ in Dei
reuerentiam exhibe-
tur. Et propterea nõ
genus, sed quasi ge-
nus utriusque uoca-
ri potest.

In responsione ad
primum. In eodẽ ar-
ticulo dicitur ar. 7. quæ-
stio. 19. ut per spicias
principium intrinsecum,
& extrinsecum
legis, & differentia in
ter timorem seruile,
& filialem in hoc,
quod ille extra, iste
intra utroque primus
in compositione di-
uinae fabricæ se-
cundum diuinam le-
gem.

Inducendi per promissa: ita nec de timore, qui respicit
penam, fuit præceptum dandum per præcepti mo-
dum: sed ad hoc fuerunt homines inducendi per cõ-
munionem penarum, quod fuit factum & in ipsis
præceptis decalogi, & postmodum consequenter in
secundariis legis præceptis. Sed sicut sapietes, & pro-
phete consequenter, intendentes homines stabilire
in obseruantia legis, documenta tradiderunt de spe
per modum admonitionis, uel præcepti, ita etiam de ti-
more: sed timor filialis, qui reuerentiã exhibet Deo,
est quasi quoddam genus ad dilectionem Dei, & prin-
cipium quoddam omnium eorum, quæ in Dei obseruantia
reuerentia. Et ideo de timore filiali dantur præcepta
in lege, sicut & de dilectione, quia utriusque est præ-
ambulum ad exteriores actus, qui præcipiuntur in lege,
ad quos pertinent præcepta decalogi. Et ideo in au-

thoritate legis inducenda requiritur ab hoie timor, & ut
ambulet in uia Dei colendo ipm, & ut diligat ipsum.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod timor fili-
alis est quoddam præambulum ad legem, nõ sicut ex-
trinsecum aliquid, sed sicut principium legis, sicut est
dilectio. Et ideo de utroque dantur præcepta, quæ sunt
quasi quædam principia communia totius legis.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex amore sequi-
tur timor filialis, sicut et alia bona opera, quæ ex
charitate fiunt. Et ideo sicut post præceptum charita-
tis dantur præcepta de aliis actibus uirtutum: ita et
simul dantur præcepta de timore, & amore charita-
tis. Sicut et in scientiis demonstratiuis nõ sufficit po-
nere principia prima, nisi et ponantur cõclusiones, quæ
ex his sequuntur uel proximè, uel remote.

AD TERTIUM dicendum, quod inductio ad timorẽ
sufficit ad excludendã p̃sũptionẽ, sicut et inductio ad
spẽ sufficit ad excludendã desperationẽ, ut dictũ est.

QVAESTIO XXIII.

De Charitate secundum se, in octo
articulis diuisa.

Super quæst. uigesima
tertia articulum
primum.

CONSEQUENTER cõ-
siderandum est de chari-
tate. Et primò, de ipsa
charitate. Secundo, de do-
no sapientie ei correspondente.

CIRCA primum consideranda
sunt quinque. Primò, de ipsa
charitate. Secundo, de obiecto chari-
tatis. Tertio, de actibus eius. Quarto,
de uitijs oppositis. Quinto, de
præceptis ad hoc pertinentibus.

CIRCA primum est duplex con-
sideratio. Prima quidem de ipsa
charitate secundum se. Secunda, de charita-
te per cõparationẽ ad subiectum.

CIRCA primum queruntur octo.
¶ Primò, Vtrum charitas sit ami-
cicia.

¶ Secundo, Vtrum sit aliquid
creatum in anima.

¶ Tertio, Vtrum sit uirtus.

¶ Quarto, Vtrum sit uirtus specialis.

¶ Quinto, Vtrum sit una uirtus.

¶ Sexto, vtrum sit maxima uirtutũ.

¶ Septimo, Vtrum sine ea possit
esse aliqua uera uirtus.

¶ Octauo, vtrum sit forma uirtutũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitas sit amicicia.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, quod charitas non
sit amicicia. Nihil enim est ita pro-
prium amicicie, sicut conuiuere
amico, ut dicitur Philof. in 8. Eth.
sed charitas est hominis ad Deũ,
& ad angelos, quorum non est
cum hominibus conuersatio, ut
dicitur Dan. 2. ergo charitas non
est amicicia.

¶ 2 Pre t. Amicicia nõ est sine re-
damatione, ut dicitur † in 8. Eth.
sed charitas habetur et ad inimicos
Secunda Secunda S. Thomæ.

In 1. arti. q. 23. nõ
ta nomine, quod
amicicia dupliciter
sumi potest, scilicet
pro relatione, qua-
amicus amico dicitur,
& sic non est ad
positum: & pro fun-
damento huiusmodi
relationis, habitu sci-
licet amoris talis, &
sic charitas dicitur ami-
cicia. Importat au-
tem talis, ut in lite-
ra patet, tres condi-
tiones, scilicet bene-
uolentiam, redama-
tionem, & comuni-
cationem. Amor n.
quo alicui bonum
uolumus cum mu-
tuo amore fundatus
super aliqua commu-
nicatione, puta, san-
guinis, ut inter con-
sanguineos: uel mili-
tia, ut inter commili-
tiones &c. habet rati-
onem amoris amici-
tiae. Et si his adiunxe-
ris, quod amore illo
uelimus bonum ali-
cui propter seipsum
principaliter, quod
communicatio est in
præceptis anima bo-
nis, habebitur non
solum ratio amiciciae,
sed amicicie maxime
honestæ. Et adhuc si
adiunxeris, quod cõ-
municatio ista confi-
sit in supernaturali
consortio diuinae na-
ture, habebitur ratio
amicicie diuinae, &
nere sic est. Charitas
enim amicicia non
quæcunque, sed diui-
na est, consequens
communicationẽ na-
ture diuinae in crea-
tura rationali, per
quam diuinae beati-
tudinis participes su-
mus

Art. p. ad 1.

2 di. 27. q. 2
ar. 1. Et uir.
q. 1. ar. 5. ad
5. & q. 2. ar.
2. ad 8.
¶ li 8. 5. an
te med. 10. 5

† lib. 8. Eth.
c. 3. tom 5.

G 4 mus

mus hic in spe, & in patria in re. Exprimi-
tur autem huiusmodi
comunicatio mul-
tis rationibus in scri-
ptura, quandoque ut
conciuium, quando-
que ut domesticorum
iuxta illud ad Ephes.
4. Estis ciues Sancto-
rum, & domestici
Dei: quandoque ut
sociorum, quando-
que ut fratrum, quan-
doque ut sponſæ,
seu uxoris, ut patet
ex diuersis locis sa-
cræ scripturæ. Præci-
pua tamen & magis
propria expressio ui-
detur communica-
tio filiorum ad pa-
trem. In hac enim &
confortium naturæ,
& reuerentia, & inæ-
qualitas, & propor-
tio iustitiæ & amo-
ris, & excellentia, &
relatio ad alios dili-
gendos, & quare, ma-
gis exprimi uidetur.
Cum autem audis
charitatem esse ami-
citiã honesti, ita qd
Deo bonum uolu-
mus propter seipsū,
intellige quod dupli-
cia sunt Dei bona,
quædam ad ipsū, quæ-
dam ad ipsū. Bona,
quæ sunt in ipso, si-
cut sua uita, sapientia,
potentia, bonitas, iusti-
tia, misericordia, &
huiusmodi, quæ ni-
hil aliud sunt, quàm
ipse Deus, ex cha-
ritate Deo uolumus:
quia complaceat nobis
Deum sic esse fi-
cuti est. Quemadmo-
dum enim intellectu
recto in Deum tunc
ferimur, cum intelli-
gimus eum esse scū-
ti est: ita appetitum re-
ctum in Deum tunc
hæbemus, cum con-
formis est intellectui
recto. Hoc autem est
cum appetitui confo-
nat Deum esse sicut
est, quod signatur p
hoc, quod dicimus,
quod complaceat nobis
Deum esse sicuti
est: sicut per opposi-
tum, peruersus erga
Deum appetitus est,
quo alicui displicet
Deum esse sicuti est,
scilicet supra omnia
sapientem, scientem,
omnipotentem &c.
Bona autem quæ ad
Deum sūt, ut honor,
regnum, & obedi-
entia, & breuiter ut oia
in gloriam suam fiat,
ex charitate sic Deo
uolumus, qd hæc non
solū complaceant, qd
sunt, sed desideramus
ut sint, & augeantur:

Lib. 8. Ethic. 3. tom. 5.

† In princ. il-
lus. & habe-
tur, tomo 4.

Li. 8. Ethic. 3. a me. to. 2.

Li. 8. c. 2. g. & 1. tom. 5.

cos, secundum illud Matth. 5. Di-
ligite in imicos uestros. ergo cha-
ritas non est amicitia.
¶ 3. Præter. Amicitia tres sunt spe-
cies, secundū Philosophum * in
8. Eth. scilicet amicitia delectabi-
lis, uilis, & honesti. sed charitas
non est amicitia uilis, aut delecta-
bilis. † dicit enim Hier. in episto.
ad Paulinum, quæ ponitur i prin-
cipio Bibliæ, illa est uera necessi-
tudo, & Christi glutino copulata,
quam non uilitas rei familiaris,
non præsentia tantum corporū,
non subdola & palpans adulatio,
sed Dei timor, & diuinarum Scri-
pturarum studia conciliant. Simi-
liter etiam non est amicitia hone-
sti, quia charitate diligimus etiam
peccatores: Amicitia uero hone-
sti non est nisi ad uirtuosos, ut di-
citur * in 8. Eth. ergo charitas non
est amicitia.

SED CONTRA est, quod Io. 15.
dicitur. Iam non dicam uos ser-
uos, sed amicos meos: sed hoc nõ
dicebatur eis, nisi ratione charita-
tis. ergo charitas est amicitia.

RESPON. Dicendum, qd secū-
dum Philosophum * in 8. Ethic.
Nõ quilibet amor habet rōnem
amicitiæ, sed amor qui est cū be-
neuolentia, quando. scilicet sic amam⁹
aliquem, ut ei bonum uelimus.
Si autem rebus amatis non bo-
num uelimus, sed ipsum eorū bo-
nū nobis uelimus, sicut dicimur
amare uinum, aut equum, aut ali-
quid huiusmodi, nõ est amor a-
micitiæ, sed cuiusdam cōcupiscē-
tiæ. Ridiculum enim est dicere, qd
aliquis habet amicitiam ad uinū,
uel ad equum. Sed nec beneuolē-
tia sufficit ad rationem amicitia, I
sed requiritur quædam mutua ama-
tio: quia amicus est amico amicus.
Talis aut mutua beneuolētia fun-
dat super aliquā cōmunicatiōē.
Cum ergo sit aliqua communica-
tio hominis ad Deum, secundū
quod nobis suam beatitudinem
communicat, super hanc commu-
nicationem oportet aliquam a-
micitiã fundari. De qua quidē
communicatione dicitur. ad Co-
rin. 1. Fidelis Deus, per quem uo-
cati estis in societatem filij eius.
Amor autem super hanc cōmu-
nicationem fundatus, est chari-
tas. Vnde manifestum est, quod
charitas amicitia quædam est ho-
minis ad Deum.

AD PRIMVM ergo dicendū,
quod duplex est hominis uita.
Vna quidem exterior secundum
naturam sensibilem & corpora-
lem: & secundum hanc uitā non
est nobis communicatio, uel cō-
uertiatio cum Deo, & angelis. A-

lia autē est uita hominis spiritua-
lis secundum mentem: & secun-
dum hanc uitam est nobis cōuer-
satio & cū Deo, & angelis, in præ-
senti quidē statu imperfectē. Vn-
de dicitur Phil. 3. Nostra conuer-
satio in celis est. Sed ista cōuer-
satio perficitur in patria, quando
serui eius seruiunt Deo, & uide-
bunt faciem eius, ut dicitur Apo-
ult. Et ideo hic ē charitas imper-
fecta, sed perficitur in patria.

AD SECUNDVM dicendum, qd
tēdit ad aliquem dupliciter. Vno
modo se extendit ad aliquem
sonæ: sicut si aliquis habet amicitiam
minem, ratione cuius diligit omnes ad
nem pertinentes, siue filios, siue ser-
uos, & tanta potest esse chari-
ci, qd propter amicum amentur hi,
tinent, et si nos offendant, uel odiant.
Amicitia charitatis se extendit ad
diligimus ex charitate in ordine ad
principaliter habetur amicitia charitatis.

AD TERTIVM dicendum, qd
non habetur nisi ad uirtuosum, sicut
perfectionem: sed eius intuitu diliguntur
res, etiam si nõ sint uirtuosi. Et hoc
quæ maximè est amicitia honesti,
catores, quos ex charitate diligimus

ARTICVLVS II.

Utrum charitas sit aliquid crea-
tum in anima.

AD SECUNDVM sic proce-
ditur. Videtur, quod chari-
tas non sit aliquid creatum in ani-
ma. Dicit enim Au. * in 8. de Tri.
Qui proximū diligit, consequens
est ut ipsam dilectionem diligit.
Deus autem dilectio est: conse-
quens est ergo ut præcipue Deum
diligat. Et in 15. † de Trin. dicit. Ita
dictum est, Deus charitas ē: sicut
dictum est, Deus spiritus est. ergo
charitas non est aliquid creatum
in anima, sed est ipse Deus.
¶ 2. Præterea. Deus est spiritaliter
uita animæ, sicut anima uita
corporis, secundum illud Deut.
30. Ipse est uita tua: sed anima ui-
uificat corpus per seipsam. ergo
Deus uiuificat animam per seip-
sum. Viuificat autem eam per cha-
ritatem, secundum illud 1. Ioan.
3. Nos scimus, quoniam translati
sumus de morte ad uitam, quo-
niam diligimus fratres. ergo Deus
est ipsa charitas.

¶ 3. Præter. Nihil creatum est infini-
tæ uirtutis, sed magis omnis crea-
tura est uanitas: charitas autē non
est uanitas, sed magis uanitati re-
pugnat, & est infinitæ uirtutis, quia
animam hois ad bonum infini-
tum perducit. ergo charitas non